Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



54

Dominus tecum benedicta tu in mulieribus
Que cum audisset turbata est in sermo
ne eius et cogitabat qualis esset ista sa
lutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas
maria inuenisti enim gratiam apud
deum. Ecce concipies in utero et pres
ilium. Et vocabis nomen eius ihesum. hic
erit magnus et filius altissimi vocabit
Et dabit illi dominus deus sedem dauid pa
tris eius. et regnabit in domo iacob in et
ternum et regni eius non erit finis. Dixit au
tem maria ad angelum. Quomodo fiet is
tud quoniam virum non cognosco. Et
respondens angelus dixit ei. Spiritus sanc
tus superueniet in te et virtus altissimi ob
umbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur
ex te sanctum vocabitur filius dei. Et ecce
elizabeth cognata tua et ipsa concepit filium
in senectute sua. Et hic mensis est sextus
illi que vocatur sterilis. quia non erit impos
sibile apud deum omne verbum. Dixit au
tem maria. Ecce ancilla domini fiat mi
hi secundum verbum tuum. Off. Ave ma
ria gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieri
bus et benedictus fructus ventris tui. Ph. Exte ma
nifestatione Ger. Altari tuo domine sup po
sita munera spiritus sanctus benignus al
luminat qui hodie de marie viscera splen